

et miserranda societas, quod in uno solitario loco Treverensis
dyocesis a communi hominum separato, ubi ²dumtaxat fuerant resti-
gia cuiusdam oratorii antiqui modici et deserti, convenerunt de hac
societate quasi vota sua reddentes multa milia, ita quod ipsi cum aliis, qui
ad tale spectaculum una cum ipsis illuc congregati fuerant, ad sexcentum homi-
num poterant computari. Et illis stationem sibi facientes fixerunt et
fecerunt sibi tabernacula de frondibus et lignis silve adiacentis, et de
civitatis et vicis virtualia illuc quasi ad nundinas portabantur.
Ad ultimum vero divine ultionis immissione peccatis ut pie creditur
hominum exigentibus gravius succedente quam plurimi ex dictis
hominibus ^ademonibus obsessi ceperunt per visiones dictorum maligno-
rum spirituum manifeste et miserabiliter laborare. Sed ad eccle-
sias et sanctorum reliquias adducti fidelium orationibus et elemosi-
nis et per exercismos et adorationes presbiterorum ecclesiarum
miserante domino curabantur.

1376 iun. 10.
Post premissa anno domini 1377 prefatus Carolus imperator apud
principes ^{electores} pecunia non modica, ut dicebatur, obtinuit, quod filium suum
nomine Wenzelauum annorum 16. etatis sue in pomerio ville Rense Treve-
rens dyocesis ad dominium tamen temporale archiepiscopi Coloniensis
pertinentis in regem Romanorum concorditer nominantes statim postea
eodem anno mense iunio ²in Frankenfort cum in regem Romanorum
solempniter elegerunt. Cui etiam Wenzeslaus statim post suam electionem
huiusmodi factam per reverendum patrem dominum Fredericum archi-
episcopum Coloniensem Aquigrani cum solempnitate progreffi
inunctus fuit regali dyademate coronatus.

v) ibi ^{cod.} w) ppi ^{cod.} x) ita ^{cod.} y) iunio ^{suppl.}